

**www.e-rara.ch**

## **Ioannis Ciampini ... opera in tres tomos distributa**

Ioannis Ciampini ... de sacris aedificiis a Constantino Magno constructis synopsis historica -  
accesserunt eiusdem Ciampini opuscula: de Romani pontificis baculo pastoralis, de lino  
incombustibili, sive de lapide amianto, de duobus emblematis musaei Carpinei, de vocis  
correctione in sermoni VII. ...

**Ciampini, Giovanni Giustino**

**Romae, 1747**

**ETH-Bibliothek Zürich**

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-13791>

[Cap. XLVI - L.]

---

### **www.e-rara.ch**

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

---

**Nutzungsbedingungen** Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelnformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

**Terms of Use** This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

**Conditions d'utilisation** Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

**Condizioni di utilizzo** Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

## CAPUT XLV.

*De Ecclesia S. Metrophanis.*

**P**Rimus, qui Constantinopolitanam, Episcopalemque occupaverit Sedem, S. Metrophanes Byzantii Episcopus, Probique Imperatoris nepos fuit. Hic dum Byzantii Episcopalem regeret cathedram, ut in Chronico Alexandrino habetur, noster Augustus Constantinopolim Urbem ædificavit, Ecclesiamque hanc construxit, ut Codinus pag. 62. scribit, quæ successive a Justiniano Imperatore instaurata fuit. De ea nullam aliam reperimus memoriam, idè ad sequentes calamum convertamus.

## CAPUT XLVI.

*De S. Procopii Templo.*

**P**ROcopianam ædem τὴν χελώνου dictam, scilicet a regione, in qua eam noster Imperator construxit, narrat laudatus Codinus pag. 39. Hanc eandem ædem laudatus Du Cange censet esse illam, quam renovavit Zeno Isaurus Imperator.

## CAPUT XLVII.

*De Ecclesia S. Romani.*

**A**Beata Helena hanc Ecclesiam ædificatam fuisse scribit citatus Codinus pag. 49. Collapsam reædificavit Basilus Macedo, ut narrat Porphyrogenetus in illius Vita cap. 54. Si cupis scire, quisnam iste S. Romanus fuerit, adi laudatum Du Cange.

## CAPUT XLVIII.

*De Ecclesia S. Theodori.*

**E**Cclesiam hanc τῆς Κλαυδίας appellatam, ac a B. Helena constructam fuisse tradit sæpelaudatus Codinus pag. 38. Nil aliud de ea præter memoriam superest.

## CAPUT XLIX.

*De Templo S. Euphemie in Hippodromo.*

**H**Ujus Sanctæ Templum ἁγίαν Εὐφήμιαν τὴν ἐν Ἰπποδρόμῳ, scilicet in Hippodromo, sive juxta Hippodromum conditum, pretiosisque marmoribus exornatum fuit a Magno Constantino, quod postmodum a Constantino Copronymo in Armentarium, ac sterquilinum conversum fuit, projectis in mare Sanctæ Euphemie reliquiis. Plura si cupis, adeas Du Cange.

## CAPUT L.

*De Monasterio Gæstria appellato.*

**S**I Originibus Constantinopolitanis ineditis, ac a laudato Du Cange relatis fides sit adhibenda, Monasterium hoc ab Helena, nostri Imperatoris matre, constructum asseritur; nihilominus nonnulli alii Scriptores alios ipsius Monasterii constructores assignant, qui videri possunt apud laudatum Du Cange.